Imperii acquirunt, te tribuente, ſibi.
Quod pietas, arteſque tuum, et ſapientia, ſexum
Induerint; cauſſas non habuere pares?
An tibi fors naſci libuit, clariſſima, ſexu
Non mare; nec maribus ſequior ille foret?
Nobilis occubuit letho Cleopatra virili:
Damnauit moechos Penelopaea fides:
Praeripuit caſtis palmam Lucretia; patrans,
Arria cum Paeto quod fuit auſa ſuo.
Centum aliae valeant; et quae Meraraea valebat
Centum alias animo, pluſque timore Dei.
Vna omnes ſuperas virtute Heroidas omni;
Vna quod Heroum eſt; vna quod ante fuit
Rex Solymae exſtaret, quondam quaeſitus a ortu:
Te nunc occidua quaereret ipſe plaga.
Qui ſcelere Alcidis exemit ſerius aeuum,
Et ſolium furiis, et feritate ſolum:
Qui populum exemplo muniuit, iure trib l:
(Da veniam) tanta coniuge dignus er
Aemula coelitibus cui mens coeleſtia at:
Aemula perpetuum dextera condit pus:
Spemne tibi indulges thalami mortalis? aether
Zelotypus-ne parat myſtica fata i?

 Te